lacks a8

DE ROSA

ET PARTIBVS EIVS.
DE SVCCI ROSARVM
temperatura, nec non de Roſis
Perſicis, quas Alexan-
drinas uocant, li-
bellus.

NICOLAO MONARDO
Medico Hiſpalè ſi, Auctore.



EXCVDEBAT HISPALI
Dominicus de Robertis.

RODERICVS, MANRICVS, ACVNIVS, Lectori. S.

HOMINEM VARIIS, & inherentibus, pertinacibuſq́ mor-
bis obnoxium eſſe: ſane uel in ſe unus
quiſq́ acurate experitur. Et ni ingen
ti dei munere occurſum fuiſſet neceſſi
tati, quàm ſua culpa parauerat, haud dubie deſperan-
dum penitus erat, quum ſe nec punctum quidem tem
poris ſubſiſtere arbitraretur. Quod ſanè medicinæ
ſubſidium fuit uberrima, naturæ dos, ac beatiſſima:
huic uni nationum pene omnium conſenſus quarum
ad nos uſq́ fama peruenit ſemper fauentiſſimus fuit:
Et admiratores, næ dum auctores, tanto pro ſecuta
eſt fauore Romana, Græcaq́ antiquitas, ut locum in-
ter diuos aſertione quadam ſtupenda perſcripſerit,
teſtantur quæ Græci auctores de Apolline, Scula-
pio, Chirone, inumeriſq́ alijs literarum momentis tra
didere. Populus uero Romanus nec in minori reli-
gione colluit, nam ab ea tempeſtate qua cœpta tradi
di in urbe terrarum uictrici fuit: amplius, quondam
& diuinius inuectum urbi arbitratus eſt. Sed ſi

omnia ueterum exempla admiranda atq; uiſenda re-
cenſere uellem, raram fidem inuenirem tanti laboris
commendatione: cum indubie ſi dignitas proferenda
explicandaq; foret admirabilis, quædam ac diuina,
ratio erit neceſſaria, Porro in naufragio illo ſcien-
tiarum, & clade, diſciplinarum, nec inſautia ex-
titit: nam tot, ac tantis, eſt obliſſa uulneribus, ut
mortalium omnium corpora grauia diſcrimina ſu-
bierint, donec renaſcentibus diſciplinis homines exce
lenti ingenio, & doctrina præſtanti reparationem
quā ex poſcere uidebatur innixius preſtitere, qđ ſa-
ne magna laude, ingentibusq; præmis pſecutū eſt: q̄
res efficit ut nec inſalebris hererēt magnitudine ſua:
& ſi ſolet hoc efficere dulciſſimus ille tiranus labor,
ſic apud Italos Leonicenus, & Manardus, apud Gal
los Ruellinus. Et Guinterius, apud Anglos unius
Linacer rarum huius artis exēplum, apud Germanos
Cornarius, & Fuchſius, ſed apud hos omnes agmina
penè doctiſſimorum hominum magno molimine ſic
rem tractarunt: ut exciri è Aſia Græciaq; in reliquam
Europam putaretur: in Hiſpanis uero rari extitere
patrum & auorum memoria, qui rem tam oſcitanter,
& neglecte, tractatam diligentius accurauerint:
quinimo ita arte reiecere, ut in diuinationem quandā
pracmatices, & imperices, dilapſi fuerint. Conſla-

Ета eſt igitur curandi quædam ratio, expers totius ꝑtis quam nefando quidem homines audierunt, donec florentibus ingenijs, quæ olim præſtantiſſima apud Hiſpanos fuere fœlicibusq́ꝫ auſpitijs præſtinum nitorem uidetur recuperare. De quibus omnibus ſi dicere inciperem, quæ ſentio, iuſta mihi eſſet texenda hiſtoria: ſed inter omnes hanc laudem magna cum foelicitate uidetur aſſeruiſſe Nicolaus Monardus huius opuſculi auctor, nam quum ſit diligenter uerſatus in auctoribus utriuſq́ꝫ linguæ: dexteritate quadam uel ſuperat æquales, uel equat eminentiſſimos quosq́ꝫ. Cum uero huius rei magnum ſpecimen, & præiuditium, præbere tēporius potuiſſet, modeſtia quadam uidetur ſubter fugiſſe, quæ alij temere occupantur: non ꝙ uereretur quominus plauſum, & fauorem, hominum conſequeretur: ſed quod ſtudijs deditus ex animo demiſerat, & rationes omnes alio direxerat, cū ſatius putaret ad eas cogitationes, & inditium referre quæ acriore ſtudio, & diligentia per tractare concupiebat, unde maturior utilitas proſiliret. Quas uoces ſi proiectas a pectore plane modeſto uidebam, conatus ſum non ſemel pro pellere. Ipſe uero tacita quadam obſtinatione me protraxit, usq́ꝫ dum inclinatior, ego & importunior, tandem extorſi, ut in manus hominum emiteret opus emenſi laboris, & ſtudii:

ſed quod magis aſſeuero intentiſſimi pretij. Nam primus (niſallor) hoc argumentum aggreßus eſt, & quia eminens, & excellens, ſic ex multis alijs eius ſcriptis, ut primum daret, hortator fui. Debent illi multum qui cupiditate diſcendi tenentur, nam præter argumentū, quod planè medicum eſt, uaria de uſu roſarum poſſunt hauriri, multiplex enim fuit in delitijs, ſecundis menſis, & corolis, tum in balneis, & lenigādacute præcipue apud Silices. Reliquum eſt, ut te benignum lectorem exibeas, nam ſi ſenſerit placuiße, ꝙ minime dubito, non deſinet, quoad longe cultiora in dies præbeat, ſim minus, exiguam & laboris & diligentiæ arbitrabitur ſe feciße iacturā, dū mihi, ideſt amico obſecundaße uidetur. Quam quidem ego ob acre iuditium, & ſcientiam optimarum artiū, tū ſuauißimos mores, dulcemq́ illam ſtudiorū coniunctionem: qua ſuma inter nos beniuolētia nos aſtrictos reddit uehementer amo: atq́ in nomine eius libentißime ac quieſco. Verum Ludouici Gothomani nobilißimi doctißimiq́ uiri, commendatio abunde ſatiſfaciet, que anguſtior, & excelſior eſt, quàm ut temere quis cenſuram interponat. Vale.

CLARISSIMO AC DOCTISSI-
MO MEDICO DOCTORI
Didaco ferreo, Nicolaus
Monardus.
S. D.

NVPER DVM MEOS LI
bros euoluerem vir doctiſſime, ve
nit in manus libellus de Roſa &
partibus eius, magnifico, generoſo
q;, Ludouico gothomano dicatus,
viſum enim mihi fuit libellū nō ſa
tis accuratū optimo ac ſupremo mittere medico.
Eo conſilio ipſum edidimus, vt redamus amicū
cautum & prouidum. Quis enim, non videat
plus eſſe a medico quam a morbo periculi, cum
& morbus alius pro alio curetur, & calida pro
frigidis remedia offerantur: vt teſte Plinio. Nul-
lum ſit in medicina mendatio periculum maius,
quando in ea, vel minimū erratū citra vitæ hu-
manæ, detrimentum eſſe nequit. Non meum eſt
in hoc labore ſuggilare grauiſſimum Meſuem,
ſed veritatem in lucem prodere, cum veritate
ipſa nihil habeamus antiquius. Veterum enim
profeſſorum legimus morem fuiſſe, vt veri inue
niendi gratia, ſi quid ab ſcriptoribus perperam
dictum fuiſſet, id corrigere, & emendare vellēt,
neq; amicis, & præceptoribus, parcerent, modo
veritati conſulerent. Sic Ariſtotel. præceptorem

ſuum Platonem, Varro Leliū, Cæſelium Sulſpi tius, Hylariū Hieronymus, rurſus Hieronymū ac Ambroſiū Aurelius Auguſtinus, reprehendit. Et alij quoq; per multi leguntur, quorum emulatiōe: bonę artes illuſtratę ſunt, & creuerūt maxime. In hoc autem libello non improbatur Arabs, neq; petulanti, nec contumelioſo, ſermone res agitur, ſed literis & eruditione certatur. Quem doctor eximie ſub tua protectione edidimus, cum omnium noſtræ rei medicæ ſis doctiſſimus, quod non ſolum nobis, ſed cæteris etiam nationibus compertum ſit, Et manifeſtaria nobis, tum ex ſcientia ipſa, tum ex ingenio, eruditioneq;, notitia eſt. Tuæ namq; laudes vniuerſum orbem implerunt, vt ipſe maiorum principumq;, tamq; medicorū archijatros ſelectus ſis. Has tandem doctor eximie accipe ieiunas, inopesq; lucubratiunculas tuum implorantes auxilium, Vale & tuum Monardum ama.

PRAESTANTISSIMO DOCTISSIMO VIRO, DOMINO LVDOVICO Gothomano, *Nicolaus Monardus Medicus. Salutem plurimam, & foelicitatem.*

SVPERIORIBVS DIEbus cum euerſione ſcientiarum ſermonem fecerimus, ſatis iam illic deploratum eſt, quam ab hominū viu longe diſceſſerint, ſed & quo pacto ad nos tādem redierint, plane oſtendi, quæ quidem velut ex tenebroſo antro ad ſuperiores auras videntur prodire. Ac medicinæ maxime ars, quippe quæ poſt egregiā illā eximiāq; priſcorū cateruā adeo conculcata iacuit, atq; a mortaliū vtilitate aliena, iam & ſopita videbatur, vt merito periſſe dicatur. Noſtra vero tempeſtate ita iam ſurrexit e tenebris vt quaſi Hyppo, Galeni, Pauli, aliorumq; Græcorum, fortunata huc remeauerit ætas. Illi namq; ita præclara viguere doctrina vt memoria eorū famaq; in eternum viuat. Nullus iam locus eſt, nullaq; regio, vbi non omnes medici magno cū honore ipſorum methodum profiteantur, ſimulq; eam ad hominum vtilitatem incōcuſſe teneant, Arabica autem ſcientia, tamet ſi magna & propemodum verax fuerit, non nunquam tamen a veritatis tramite deuiat. Cuius errores,

Arabibus ne imputem, an potius ijs qui ex arabico illam in latinũ vertere ſermonem, incertũ habeo. Atq; hæc quidem non ſine noſtro periculo in vſum venerunt. Quapropter operepretiũ eſt, vt medici in curãdis morbis ab illis ſcopulis declinent, ſemper preocculis habeant. Quorum vnum præcæteris maximum grauiterq; vitandum nuper inueni. Quidam namq; arabs inſignis quidem in hac re medica, & cui vniuerſa medicorum caterua Euangeliſtæ nomen imponit, Roſarum ſuccum callidum eſſe ſcribit, quod medicorum fere omniũ ita animis inſidet, ac ſi ea vna raraq; in arte medica ſit veritas. Atq; primo ſtatim ſtudij mei tempore ſic mihi hoc habebam perſuaſum. Vbi aũt cũ ætate ſimul acrreuit ſcientia, frigidum potius eſſe ex Græcorum voluminibus excepi. Quam plurimum autem ad humanam ſalutem conferat, medicinarum temperaturam agnoſcere, doctiſſimo cuiq; cenſendnm relinquo. Vt enim artificis cuius libet eſt, congruẽtia ad munus ſuum inſtrumenta cognoſcere, ita quoq; medicinas quaſq; earumq; qualitates diſcere ad medicum ſpectat. Quare neceſſe eſt, qui medicam artem profitentur, eos diligenter agnoſcere, quæ quibus herbis medicinis ve attribuantur qualitates. Sunt enim qui ſepius moniti in viam redire recuſant, qui tanq; cæcutientes a veritate diſcedunt & viris ſapientibus aſſentire nolunt. Quibus nec hanc noſtram lucubrationem

exarauimus,ſed ijs potius qui candido animo ad veterem medendi rationem aſpirant. In hoc opuſculo hęc mihi expedienda ſunt. Quid ſit Roſa, paucis admodum operiam, & quas contineat partes, & quę illis ſint indita nomina, quam vti le ſpero futurum. Deinde ratione atq; complurium medicorum authoritatibus: quo pacto Roſarum ſuccus non ſit calidus, ſed frigidus, moſtrabimus. Poſtremo vero quia de Roſa cœptus eſt ſermo, quid de Alexandrinis Roſis intelligam, exponam, quaſq; habeat vires: Hoc itaq; quam potui breuiſſimis verbis apertũ, ac exanimatũ, tibi nucupandum cenſui, quod ea benignitate accipies, qua tui ſimiles aliorum dedicationes ſolent admittere, vt ſub tanti viri patrocinioq; protectum, dum nihil pretij, nihilq; grauitatis ex ſe fert, eruditorum auribus non indignum noſtrorumq; manibus geſtandum, ex tuo limine prodeat. Quod mihi promittit progenitorum tuorum chriſſimus ſanguis, preſertim ꝙ nobilitas iſta tua litteris Latinis, & Græcis, tanq̃; gemmis aurum veſtita maius aliquid, & ꝙ debeant gentiles tui, pollicentur. Atq; haud dubie intelligo tuã mihi non de futuram bonitatem, qua noſtram hanc opellam admittas, in quo ſatis habebit patrocinij contra inuidos oſores, quæ ſi tibi non diſplicebit, animum mihi ad maiora tibi dicanda concitabis.

NICOLAI MONARDI MEDICI HISPALENSIS DE *Succi Roſarum temperamento, libellus.*

HERBARVM INVENtum tanti olim apricis exteriſq; gẽtibus momẽti fuit, vt earum inuentores primos principeſq; non tãtum humanis honoribus, verũ & diuinis extulerint, quoſdã enĩ ex ĩis pro dĳs coluerũt. Quoniam Aeſculapius Apollinis filius ſub Chirone, in re herbaria peritiſſimo magiſtro, ſic doctus euaſit, ꝙ inter deos in cœlo relatus eſt, quia Panace herba quã plures homines ex morte ad vitam reuocauit. Hac forſam ratione Mercurius qui herbam Moly inuenit, apud priſcos pro deo veneratur. Et de Orpheo ob earum inuentionem miranda prędicarunt antiqui. Quipe qui & alĳ quam plurimi vt maiorem famam gloriamq; attingerent, teneris herbis noĩa ſua dimittere nõ grauantur: quemadmodũ Nicãder narrat de Alcibio ſic dicta ab inuentore, & de lyſimachia a lyſimacho, vno ex Alexandri principibus. Metridatiam vero a Metridate rege Crateuas eſſe inuentam afirmat: ſicut Gẽtianam a Gentio rege Illiorum. Climenos Herba atq; Eupatorium regia nomina poſſident. Arte miſiam vero, Manſoli vxor

ſuo nomine conſacrauit. Hoc diuerſi populi,re
gioneſq; facticarunt. Quorum nomina inſita
herbis vſq; ad noſtram ætatem peremnia ſunt:
Quod multi principes præclariq; viri ſumma
cura elaborarunt,quoniam magnis ſumptibus,
ſupremis edificijs,metalicisq; tabulis,ſuã recor-
dationem poſteris committere vndiq; legimus.
Et temporis vetuſtas (quæ omnia conſumit) po
tuit abolere. Et tamen qui teneris herbis tremu
liſq; folijs comendatitia ſunt, faman memoriãq;
vſq; ad noſtram ætatem conſequutur. Quorum
nomina Plinius ſatis difuſe meminit, interquos
precipuus & cui in hoc negotio datur palma:
Dioſcorides fuit,qui ceteris om̃ibus antecellit,
graphice enim.(vt aiũt) veris ſuis iconibus pro
prijſq; depinxit coloribus,huic Galenus in her
barum cognitione magnam adhibuit fidem
Quod cæteri prædicant,& omnes teſtamur. Ex
ijs quam plurimi de vnica herba ampla volumi
na edidere de qua mirandas facultates ſcripſe-
runt. Inter quos Apuleius Maudarenſis philoſo
phus Platonicus de ſola Betonica librũ in medi
ca facultate non ſpernendum conſcripſit,quem
Achirone & Aeſculapio dicitur accepiſſe: Iu-
ba rex, & diligẽs herbarius celebrauit inter alia
Euphorbiam Themiſon,auditor Aſclepiadis,
etiam vulgarem herbam plantaginem extulit.
Pythagoras Scyllam, Chryſipus Braſicam.

zeno Stoicorum ſectæ conditor, capparim. Mar chion Græcus Raphanum. Heſiodus maluam, ſicut Archigines Caſtoreum, vites & vina orna ta eloquentia Euchronius, Coniades, & Ariſto- machus proprijs codicibus extulerunt, & probe laudarunt. Nos autem hos doctiſſimos, vetuſtiſ ſimosq; viros imitati, non de herba, ſed de vnica flore has lucubrationes conſtruximus. Hunc enĩ florem ſi defecatis oculis ꝑſpexeris, inter omnes magnopere laudari debet. Quoniam ad multa & diuerſa in re medica conducibilis videtur. Quapropter viri ſtudioſiſſimi de Roſa & parti- buseius erit in præſentiarum noſtrum inſtitutũ.

PLutarchus ille Philoſophorum ſuo tempo re maximus Roſam a græco vocabulo, Rho dos, nomen duxiſſe refert. Quia largum ſpi rat odorem, ideoq; fragrante pulchritudine cæ- leriter emarceſſit, refrigeratq; non ineleganti cõ ſpectu, cuius plãta Rhodania appellatur, ſicut & Roſarium eandem dicimus. Inter arbuſta cõnu meratur. Amat ruderata loca. Seritur vt Arũdo, quandoq; etiã radices eius viuę integręq; tranſ- plãtantur. Aduruntur, aut incindũtur vt perplu res annos longius durent. Soletq; ea ipſa e loco trãſmutari, vt melior planta fiat. Florem emittit iocũdiſſimũ, inter rubeũ & albũ colorem mediũ habens, cæterisq; floribus odoratior: atq; in ſua iuuenta florida longũ ex ſe latũq; diffundit odo

poſiti velut Diarhodon a roſis nũcupatũ, vtrũq; Aromaticum, Roſata nouella. Syrupus qui Diarhodon ſcribitur. Paſtillos etiã ſuo nomine conſacrauit, quos ex Roſis fiunt, & quos Diarhodõ vocant. Omnia hęc roſarũ ſibi vendicant nomẽ, aut quia maiorem partem conſtituunt compoſiti, aut quia ipſis vigoratur, vel ad temperamentum, & correctionem aliquarum medicinarum comiſcẽtur. Velut Meſues pro retificatione Scamonij ſuccum Roſarum vtitur, in quam plurimis locis. Quod factitauit Auicena Libro tercio, quo Syrupum roſaceum laxatiuũ, ex Scamonio & ſucco Roſarum, cum Saccaro condidit. Et alia quam plurima, quæ breuitatis cauſa dimittimus. Quæ omnia medicamenta quæ ex Roſis fiunt, (ſi attente proſpitias) tam apud Græcos, Arabesq;, ad nihil aliud videntur prodeſſe, quã ad inflamationes, & calidos morbos expellendos. De alijs Roſę partibus, quas Plinius diuidit, non memini me legiſſe illas ad aliud prodeſſe, quam ad refrigerandum comprimendumq;. Et nullam earum partem calefacere adhuc in monumentis medicorum inuenio. Meſues Arabum doctiſſimus, ſuccũ roſarũ eſſe calide tẽperaturæ ſcribit. Quod nullũ attingat gradũ caliditatis (vt ipſe retulit) in præſentiarum oſtendere inſtituimus. Qua propter veſtrnm erit, meam hanc lucubrationem, qualiſcumq; ea ſit, diligenter ſpe-

ctare. Vt tanq̃ veritatis amatores veram rei cō templationem, potius quam opinionem proſpiciatis. Hoc negotium habuit anſam a Ioane cognomēto Meſues, qui lib. de ſimplicibus medicinis, cap̄. de Roſa, ponit ſuccum roſarum eſſe calidæ temperaturæ, quod eſt præter omnem rationem, & contra omnium medicorum doctrinam atq; opinionem. Quam ob rem vt huius rei veritas clarius eluceat, aduertendũ eſt, q̄ ad cognitionem temperaturę medicinarũ, medici omnes duo nos pręcipue docēt, rationem & experimentum. Quorum neutrum ſuadere mihi poſſunt, q̄ roſarum ſuccus gradum caliditatis attingat, cum guſtus, neq; experimentum ſint, quæ hoc mihi demonſtrent, nec ratio, quæ ad hoc cōuincat, maxime cum roſa ipſa, vt Meſues teſtatur, & cæteri prædicāt, infrigidet in primo ordine, & omnes eius pattes hunc ordinem ſeruent. Succus vero roſarũ, qui per expreſſionem ſubducitur, maniſeſtiſſime virtute frigida pollere videtur, cum partes aquee ſunt eæ, quæ per expreſſionem ſubtrahuntur, ex vnguibus, & folijs ipſius Roſæ, qua propter eaſdem vires, & facultates habere debet, quas & folia & vngues, quæ eiuſdem naturæ ſunt. Quoniam Ariſtote. teſte. Omne quod dicitur ſimile eſt illi a quo deriuatur. Folia namq; Roſarum, vt Galenus. & Aetius, docent, componuutur ex aqueis partibus, quæ ſunt, quæ per

expreſſionem extrahũtur, & nihil mirum ſi ſunt eæ, quæ ventrem expediant, velut Pruna, vt Galenus teſtatur ſecundo alimentorũ, quæ humiditatis ſuæ cauſa aluum emolliunt. Et licet in parte ſuperiore Roſæ inhercat aliqua caliditas, adeo exigua eſt, vt in extratione ſucci ferme tota euaneſcat, & ſi qua permeat, ob magnam aquoſitatẽ deperditur. Vnde & ſi Roſa ſit in primo ordine infrigidantiũ, hac ratione ſuccus remanet in ſecũdo, quoniam illæ partes calidæ, quæ erant in roſa, de perditæ fuerunt in ſueci expreſſione: quod experimento cognoſces, ſi vel pauxillũ ex eo biberis, ſaporẽ acerbũ, atq; auſterũ in eo ſenties, qui conſtrictiuam virtutẽ manifeſte demõſtrat. Per guſtum enim dijudicantur naturæ medicinarum, vt Galenus libro quinto de ſimplici medicina nos docuit. Ingnſtu autem (inquit) omnes ſimiliter guſtabilium corporum particulæ in linguam incidunt, ſenſumq; mouent pro ſua natura ſingulæ. Et ſi per odorem dijudices calidam temperaturam Roſam habere, in eodem Libro ipſe Galenus capitulo. xxij. afirmat, ex odore de ſenſibiliũ temperatura cognoſcere nõ poſſumus, vt ex guſtu. Quod ſi cauillator arguat, quod partes rubeæ ſuperiores roſę, ſunt eæ, quæ calorem miniſtrant ipſi ſucco, hoc potius eſſet atribuẽdũ infuſioni roſarũ, in qua tantummodo permeant partes illæ ſubtiles rubeæ, quæ dant ei amaritu-

dinem & ruborem, quæ quidem tranſeunt in infuſionē: Quod cognoſces ex ſapore, qui amaritudinem manifeſtam ſenties. Qua propter potius diiudicarem infuſionem habere vim ſolutiuam, quam ſuccum, cum in infuſione ſint partes illæ ſubtiles, quæ poſſunt facere ſolutionem. Meſues autem non ad aliud infuſionem ſaccaro confectam comprobat, quam ad morbos calidos, febrium aduſtiones, pectoriſq; calorem. Et ſi per colorem ſuccum Roſarum, quoniam rubeus eſt, dices calidam temperiem poſſidere, audi Galenum Libro de Theriaca ad Piſonem, ab hoc errore nos auertentem. Neq; enim calcem (inquit) quod candida ſit, quemadmodum nix, viſu duntaxat frigidam iudicare, ſatis eſſe cenſemus, neq; Roſam ꝙ rubea ſit, ideo illam calefacere, ſtatim pro certo habemus, ſed vna cum viſu, ſenſuum quoq; tactus adhibentes, calidam quidem illā; adeo vt vrat, certo inuenimus, hanc vero ꝙ frigiditatem e contrario in ea tactu percipiamus, & refrigerantium numero eſſe, firmiter habemus perſuaſum. Hæc Galenus. Quod ſi vlterius hoc cognoſce cupis, lege eundem Galenum libro primo de ſimplici medicina, in quo Galenus nos docet, non debere diiudicare temperaturam medicinarum per colorem, & ꝙ Roſa, licet rubra ſit, inter medicinas frigidas connumeratur, ꝙ etiam congruum videtur eius ſucco.

Sunt complures rationes, quæ poſſunt ad hoc probandum in medium adduci quas breuitatis gratia miſſas facimus. Sat namq; eſt viro erudito viam aperire. Sed ad antiquorum doctrinam accedamus, quid in hac re nos doceant. E quibus Aetius Amideneus, vir ſane in re medica a Galeno ſecundus, is primus me ab hoc errore illuſtrauit, qui capite primo libri primi, cũ de medecinarum ſimplicium facultatibus, ex mẽte Galeni diſereret, ſic ſcripſit. Diſponantur ergo inſigniotis doctrinæ gratia ordines iſti, & ſingulis ordinibus, peculiares medicinæ conſtituantur, vt ſub primo in frigidandi ordine, Roſaceum oleum, aut Roſa ipſa, colocetur. Et ſub ſecundo eiuſdem Roſæ ſuccus. Hęc Aetius. Quid nam euidentius monſtrare potuit, ſuccum Roſarum frigidum eſſe? Hic quidem cum de Melle Roſaceo, libro quinto ſcripſit, hunc in modum confirmat. Mel Roſaceum, tres quidem partes ex collati ſucci Roſarũ exectis vnguibus, mellis vero admittit partem vnã, conficitur calido ſoli pluribus diebus expoſitum, id vero leniter adſtringit, refrigerandiq; poteſtate pollet, & ad morbos calidos, æſtuantesq; febres affirmat ſubuenire. Auicena vero Arabicæ ſectæ princeps, huius negocij non immemor, in ſequens Aetij veſtigia, ſicut & in alijs multis, Fen quinta tertij canonis, de cura corizæ & catarri, ſic inquit.

Oppoſitio autem cauſę eficientis calida quidem eſt, vt ſis ſolicitus in infrigidando caput, cum eo quod eſt infrigidans, frigidum potentia. Et reliqua. Et poſt q̃ ipſe princeps lõgã digreſſionem, medicinarũ frigidarum, tam interius q̃ exterius cum irrigationibus, vnctionibus, ex rebus refrigerantibus monuit, inquit. Et declinatio cum cibis ad illud, quod aleuiat, & infrigidat, & humectat, & adminiſtratio Mellis Roſati omni die. Hæc Auicena. Quibus verbis confeſſus eſt, Mel Roſaceum potentia pollere infrigidandi, poſtquam inter medicinas frigidas connumerat, ac tanquã præſentaneo remedio ad catarros calidos omnibus diebus vti iubet. Quod Meſues videtur aſſentire, quando in Anginæ curatione ſic docet. Et in calida quidem materia adminiſtretur, ſicut Mel Roſatum, & parum poſt. Et ex eis eſt. Succus ſolatri cum Melle Roſato. Prętera Galenus errorem hunc omnino deſtruens, Libro decimo qui Methodus medendi inſcribitur, Succum Roſarum eſſe intenſæ frigiditatis nos docuit. Quando curando per initia Eriſipelas, & Phlegmones, poſtquam vſus eſt, Semper viuio, Mandragora, Lenticulis ex lacunis, ſucco Intuby, quam nos Cichoream vocamus, atq̃ alijs quam plurimis medicinis, quibus eſt frigiditas ſuma. Eſt vero (inquit) ad talia ſalutare medicamen, Roſarũ Succus frigidus, vna

cum pollenta, Quod eiuſdem Therapeutices quarto, inter medicinas conſtringentes, & infrigidantes ſuccum Roſarum conſtituit, dum dicit. Ergo internis vlceribus opitulantur, Hyppociſtis, & Balauſtium, Citinis punicorum, & Galla, & Mallicorium, & Rhois, & Roſarum ſuccus. Quibus Galenus & cæteri medici clarius ſole ipſo demonſtrant Meſuem allucinari in cognoſcenda temperatura ſucci roſarum. Et ve euidentius hoc negotiū animaduertas, afferam quo pacto Meſues in hoc ſibi met repugnet, qui multis in locis demonſtrat, ſuccum roſarum frigidam temperaturam poſſidere. Ipſe enim, in Libro ſuo de rectificatione medicinarum, cum de correctione Scamonij ſcriberet, laudat Scamonium (quæ quidem medicina valde calida eſt) coctum in Succo roſarum, non propter aliud, niſi quia obuiat ſua frigiditate caliditati ſuperfluæ Scamonij. Hoc etiam confirmat cum de Roſa loquitur. Et ingreditur (inquit) ſuccus Roſe. Et roſa ipſa, & ſimiliter oleum eius, in rectificatione medicinarm acutarum, ſicut eſt Scamonea, & Euphorbium, & ſimilia. Atq; idē hoc euidētius inſinuat, cap̄. de Scamonio, in eius correction, e ſic docens. Secundum eſt, quoniam in ſunt inea caliditas, & aqueitas, habiles inflamare, propter quod eſt facile faciens cadere in febrem, & ſitim. Et paulopoſt (inquit.)

Ouiamus ei quod diximus in ſecundo, miſcendo ei in decoctione aliquid virtute refrigerantium, & operando, vt frangatur acumen, & inflamatio eius, & ad hoc auxiliatur nobis coctio eius cum eis quæ extingunt, & leniunt, ſicut eſt muſcillago pſillij, & aqua, & carnes prunorum, & Succus Roſarum. Quibus ſatis lucide moſtrare videtur potius frigidam temperanturam Succum Roſarum, quam calidam poſſidere, quoniam ipſe ad morbos calidos bilioſosq; tanq; frigidiſſimum medicamentum adhibet, & multis in locis, ad febres cholericas, & inflamationes extinguendas affirmat ſubuenire, & ad repellendum, comprimendumq;, veluti in Angina, pro vltima infrigidatione, Succo Roſarum vtitur. Quapropter ſi Galeni, Aetij: Auicenæ, & aliorum doctrinam profiteri vis, nullam aliam temperatutam in Succo Roſarum conſtitues, quam frigidam. Propterea non eſt auctoritati eius tantum tribuendum, vt veritas deſeratur, quæ ſola multo charior debet eſſe cuilibet bono viro, ſiquidem ratio ipſa, ac deinde tantorum virorum teſtimonia e contrario verſentur. Neq; omnino in hoc eſt culpandus Meſues, qui ſuo tempore in re medica, inter Arabes palmam obtinuit, ſed potius, vt exiſtimo, interpres, qui ſicut alios hunc locum vitiauit, pro frigido enim, calidum eſſe

ſuccum, interpraetatus eſt, quod aliis locis, ut noſti, ſatis manifeſte ipſe Meſues dicti-
tauit. Hæc igitur ad cognitio-
nem temperaturę Succi
Roſarum ſu-
ficiant.

NICOLAI MONARDI

DE ROSIS

PERSICIS, SEV ALEXANDRINIS.

QVONIAM ADHOC congruere videtur (quia de Roſa hucuſq; diximus) non nihil etiam de roſis Perſicis, quæ Alexandrinæ cõmuniter appellatur, tractare exiſtimaui oportere. Quoniam & ſi apud magnates, omnes alias gentes adeo celeberrimum ſit ſolutiuum, tamen apud aliquos noſtræ rei medicæ profeſſores earum facultates occultãtur. Sũt ergo Roſaria hæc veluti noſtra, ſed magis arbuſta, inſtar arboris magnitudine, ſed viridiorem colorem habentia. Aculeos per plurimos emittũt, quin & acutiores. Folia velut noſtra, ſed ampliora. Florũ numeroſiorem quãtitatem effundunt, quæ quina, aut ſena habent folia. Inter album & rubeum medium colorem ſortiuntur. Ruderatum amat locum, ſeritur, inciditur, crematur, tranſfertur, ſicuti noſtra. Differunt tamen a noſtris efectu, quoniam hæc per inferna ventrem laxat, illa vero fluidum retinet. Dicuntur Perſicæ a regione Perſica, vnde prius

originem duxerunt. Alexãdrinæ autem ab Alexandria, quia illuc, ſicut cætera medicamenta, tanquam ad totius Perſiæ emporium deferuntur, vnde & ad nos vſq; deuenerunt, quapropter Alexandrinæ a nobis nuncupantur. Deferuntur enim ad nos complures medicinæ ex Perſica regione, quæ habent vim diſſoluendi, & per inferiora humores ſub ducendi. Sicut Scamonium, Rhabarbarum, Aloæ, ac conſimilia medicamenta. Et ſic arbor quæ a nobis Perſica vocatur, quę Perſię venenum pernitioſum erat, Romam translata præbuit ſalutarem & ſuauem fructum. De qua Columella meminit hijs verſibus.

Et pomis quæ Barbara Perſis
Miſerat, vt fama eſt, patrijs armata venenis,
At nunc expoſiti paruo diſcrimine læti
Ambroſios prebent ſuccos, oblita noſcendi.
Quin etiam eiuſdem gentis de nomine dicta,
Exiguo properant miteſcere Perſica malo.

Et non amiſerũt adeo vires ſuas, q̈ apud nos flores huius arboris, ſic diſſoluunt ventrem, velut aliud pharmacum violentũ. Harũ roſarum, apđ Italos, Gallos, Germanos, diuerſasq; gẽtes, eſt frequẽs vſus: quas Damaſcenas vocãt, quoniã ex Damaſco nobiliſſima Syrię vrbe credũt deue

niſſe. Apud nos vero, triginta fere ſunt anni, quam earum noticiam attingimus. Apud magnates, & nobiles fuit in primis æſtimabile medicamentum, nunc vero vbiq; habetur. Ita vt nō ſine Seplaſiariorum iactura perierit vſus pharmacorum. Quoniam in deponendis humoribus per inferna abſq; moleſtia mirum in modū alia medicamenta antecellit. Sic laudatus eſt earum vſus, q in omni genere hortorum, ruderatisq; locis multum æſtimetur. In primis velut Mel roſatum cum folijs habuit vſum. Modus conficiendi hoc medicamentum eſt, ex vna parte foliorum roſarum, & tantundem mellis. Sunt qui duas partes roſarum ponunt, & vnam mellis. Poſt vero ob nimiam curam hominum in modum Syrupi ſic conficiunt. Excollati Succi roſarum partes duas, mellis partem vnam, reducantur lento igne ad mellis formam. Alij autem vt ſit maioris ſolutionis, macerant folia Roſarum in aqua calida per aliquot horas, & expreſſis roſis, iterū alias roſas ponunt in eadem aqua, & inde alias, donec aqua rubeat, & Saccaro Syrupum conſtruunt. Non deſinūt, qui ad ſextā & nonā vicē roſas infundunt, vt exquiſitiſſime pharmachum ſoluat. In foliato debent poni folia vnguibus reſectis. Datur ex eo ſecundum ſtomachi robur, communiter exhibentur tres vnciæ tam de foliati, quam Succo conſtructi. Sunt, qui

adhibeant cum hac roſatum cõditura Diacharta mum, Diacidoneum, Lectuarium ex Succo Roſarũ, vt vigoroſior ſit operatio, quod tu conſidera. Cooperiuntur aliquando Roſæ iſtæ Saccaro, aliquãdo fit ex eis tragemata, vt delectabiliores ſint. Non exhibentur ſummo mane velut cæteræ medicinæ ſubductiuæ, ſed per vnã horam ante prãdij acceptionem. Faciles enim miteſq; medicinæ, non multum a cibo diſtantes ſumi debent, quod Galenus nos docuit ſecundo de Alimentorum facultatibus, vbi poſt prunorum decoctum (quod ob ventris ſolutionem ſumitur) cibus non multum differri voluit, hoc præceptum vniuerſale eſſe, omnium medicinarum lenientium, eodem in loco retullit. Quod libro quinto de tuenda valetudine confirmat. Nos autem de hac re ſepæ periculũ fecimus, hoc pacto, Nam integra pulpæ caſſiæ (quam fiſtularem vocant) vntia exhibita, paulopoſt cibo accepto eficatius, atq; fortius operabatur, quam ſi prolixo poſtea temporis ſpatio cibus ſumeretur. Hoc vero non iniuria dictum exiſtimet quiſquam, cum fiſtularis caſſia adeo begnina medicina ſit, quod ſi ſpatium intercedat in nutrimentum conuertitur, quæ cum a natura ad actum paretur, in vapores facilime reſoluitur, qui per totum corpus permeant. Quando parum ante cibum ſumitur, vna cum cibo ad actum ducitur, vnde ventrem emollit,

& per inferna humores ſubducit, quoniam per dulcedinem ciborum fortius ab epate atrahitur, ac deide poteſt facilius penetrare, & vires ſuas melius exercere. Arnaldus de villa noua, libello de conſeruanda iuuentute, ham rem, cæteris omnibus, clarius nos docuit, cũ de Caſſia loquitur, ibidem ſic inquit. Et melior acceptionis modus eſt comeſta per horã ante cibũ, & parũpoſt dãs rationẽ. Et dũ recipit (inquit) ante cibum trahit de virtute eius ad remotas partes cũ virtute cibi. Et ipſe libro quẽ de vinis cõdidit, hoc negotiũ in hũc modũ cõfirmat. Et quidã in medio cibi granum Aloes recipiunt, & etiam Caſſiam fiſtulã, & ſtatim recepto, ſuper ponunt cibũ, & operatio bona & laudabilis cõſequitur, & nota ꝙ medicinæ quæ non ſunt violentæ, & ſunt tarde operationis, & modicæ efuſionis, vigorantur & meliorãtur ſi ſumãtur cũ cibo. Ipſe autem in lib. de cõſeruatione ſanitatis, qui ad regẽ Aragonis ſcripſit, capite vltimo, Caſſiæ fiſtulæ partem internam, parum ante cibum, ob ventris lenitionem, exhibet. Quam rem Vitalis de furno medicus & cardinalis, commendatitiam relinquit, cum de Caſſia fiſtula tractat Plus etiam (inquit) operatur, ſi ſtatim ante prandium ſumatur. Ob aliam cauſam Carpius cum de anathomia Matricis ſcriberet, ſic docuit. Et quãuis Caſſia fiſtula ſit in numero medicinarum non multum agitantium,

nec multum a remotis trahentium, propter hoc non obſtat, ꝙ non ſit timoroſa in pregnantibus, quia eſt ventoſa, quam tamen ventoſitatem aliqui corrigunt cum cinamomo, & cum aniſo, vel cum alijs ventoſitatem corrigentibus, & detur caſſia pro minori ventoſitate generãda ante primum cibum aſſumendum in prandio, quia cibus ſupra aſſumptus remouet. Hæc ille. Sed Meſues Arabum decus canonibus vniuerſalibus, de medecinis tarde operantibus, quæ ſuum opus eficiunt, lambificando, aut lubricum faciendo, poſt earum exhibitionem, illico, absq; interuallo ſumi cibum percipit, vt natura roboretur. Qui ampliorem doctrinam de medicinarum mixtione cum alimentis voluerit, legat Galenum, Raſim, Auicenam, qui non tantum medicinas has mittes alimentis præparant, Sed vſq; ad Eleborum tranſeunt. Sed tempus eſt, vt ad Roſas Perſicas nos vertamus, quarum vires & facultates ſunt humores, & ſcrementa, per inferna ſubducere, ſine Sinthomatis illis, quæ frequentius medicamenta exoluentia ſolent facere. Cætera vero medicamenta, quæ Benedicta nucupantur, & ſi ſalubria ſint, non expoliantur ab aliquo nocumento, hoc vero quod ex Roſis Perſicis fit, non tantum ab hijs noxis vindicatur, Verum etiam membris præcipuis vim addit, quod ven-

triculum, & interiora corroborant, & abſq; moleſtia operantur. Vtramq; bilem, petuitamq; deponit, humores ſubtiles, & aquoſitates poten ter atrahit, licet aliqui putent ſolum ventrem le- nire, ſed nos ſpirientia edocti, ac Auicene aucto ritate moniti a venis, & a toto corpore potiſſi- me trahere videtur, in affectibus ventriculi, tam calidis quam frigidis, & quibus ob vẽtoſitatem multitudinem, moleſtãtur mirabiliter ſubuenit. Muliebribus malis, Vterinis quæ morbis, mede tur. In omni morbo, tẽpore, & ætate, absq; mo leſtia per inferna humores ſubducit. Vni præoc culis habeas, ꝙ ſi illico poſt cenam vntię tres hu ius coditur æ ſumantur, mire operantur, cuius ſe pæ periculum fecimus. De Roſæ huius facultati bus memine me legiſſe, apud Auicenam, qui vt Perſicus, de his roſis ſepæ commemorat. Voco hic Auicenam Perſicum, & non Hiſpanũ, Cor- dubæ regem, vt fære omnes prædicant, quoniã Andreas Belunenſis medicus Venetus, ab hoc diſcrimine propemodum liberauit, qui affirmat, Auicenam eſſe Philoſophum & medicum ſuo tempore ſumum, in Perſia ex ciuitate Bochara oriundum, quod in monumentis devitis Ara- bum inuenit, quod ipſe Auicena videtur demon ſtraſſe, Fen ſecũda primi, capite tertio, de naturis temporum. Et ſecundo canone. Commemorat ipſe de his roſis Perſicis, Fen prima quarti Li- bri,

bri, de cura febris phlegmaticæ, poſtq̃ medicinas attenuantes humores, proponit, ſic docet. Et eſt poſſible, vt conſequatur per eam illud, quod queritur delenificatione naturæ, & propriæ cum ſalutiuo facto de zucaro roſato ex Roſis rubeis noĩatis perſicis, quoniã eſt lenitiuũ & ſolutiuũ. Et quãdo tale ſolutiuũ ex roſis indiget maiore ſolutione, tũc enim noſter Auicena cõſuluit, vt vigoretur cũ aqua volubilis, loco huius damus coctionẽ aliquã medicinarũ, quã apozimã medici vocant. Aut poſt ipſas roſas caſſiæ medullam cum penidijs confectam, ad maiorem lenitionem, exhibemus. Et ipſę nos docuit in cap. de cura tertianę non puræ, quando de euaquãtibus medicamentis ſermonem facit, dicens. Et de ſolutiuis in principijs eius quæ ſunt propinquiora ęqualitati eſt, aqua Algeleniabim decocti. Et deinde ponit Caſſiã, poſtea vero Thurbith, quia dat tres modos teniendi ventrem in principio morbi. Hoc factitauit Serapius ſexto breuiarij, quãdo inquit, Et euacuamus ipſum, ſi virtus eſt debilis & caliditas vehemẽs valde cum Aqua Algeleniabim. Et ipſe de nothę tertianę curatiõe agẽs ferme ea quę Auicena in eadẽ cura docuerat, ſic prædixit. Si autẽ neceſſaria eſt lenitas naturæ, tunc oportet vt fiat illud cũ aqua Algeleniabim, & caſſia fiſtula. Auicena vero in eodã capite de tertianæ curatione, inter medicamẽta per inferna humores du-

centia Geleniabim factum cũ roſis perſicis, vſq; ad dragmas quindecim admittit. Et paulopoſt conficit Scamonium, & Turbith, cum Geleniabim iam dicto. Tertia vero fen primi canonis, de regimine eius quod comeditur, & bibitur, curando repletionem poſt Thripheram, ponit zuchararum roſatum egiſtionem facientem, quoniã vẽtrem ſuauiter ſoluit Ipſe enim Fen terdecima tertij. de cura malitiæ cõplexionis ſthomachi cũ materia, & cura oppilationum, inter euaquantia medicamenta has roſas conſtituit. Poſtq; vero Cathapotia, Diacidoneum ſolutiuũ, Scamoniũ, cum lacte, pro ſtomachi mũdificatiõe, ac humorum euaquatione admittit, ſic inquit. Et Geleniabim ſolutiuum eſt maximi iuuamenti in hoc. Et parũ poſt. Et Syrupus roſatus ſolutiuus etiã. Et proprie in æſtatæ Si ampliorem doctrinam vis, audi ipſum principem Fen vigeſſima prima, tertij lib. qui ad verſus appetitũ corruptũ pregnantiũ, pro earũ ſthomachi mũdificatione (quæ ſummo opere medicus intendere debet) ſic nos docuit. Quod ſi eius appetitus malus fiat, ſuperſtue ſtude in mundificando ſthomachũ eius, cum eis quæ ſunt, ſicut aqua Algeleniabim, facti cum Roſis Perſicis. Hoc præterire nolui, q; per aquã Algeliabim, nõ ſublimationem illã quã nos modo chymico ſecernimus, intelligas, Sed illã quã antiqui medici vtebantur. Noſtris vero tẽporibus

herbę, radices, flores, per inſtrumẽtũ quodã, ꝙ Alambicũ Chymici vocant, ſecernuntur, aquibus partes aqueæ ſunt eæ, quæ ſegregãtur, & partes aereę calidæ euaneſcunt vehemẽtis ignis incẽdio, feculentę vero in fundo vaſis remanent, tãdem ꝙ ſi bene proſpexeris ſolã aquoſitatem herbarum, ſublimatorium nobis tribuit, aliæ autem pates aperientes, & conſimiles, omnes deperduntur, ac nimio calore euaneſcunt. Quoniam ſi Abſinthium cum ſua aqua conferas, non idem odor & ſapor eſt in aqua, qui in herba ipſa erat, maxime hoc euenit noſtris partibus, quibus cauſa maioris lucri tanto incẽdio ſubducuntur, ꝙ non tantum vires, ac facultates tenerarum herbarum conſummunt, Sed Milonis taurum decoquerent. Vtebantur autem antiqui pro aquis, non has ſublimationes, ſed ex herbis ſuccos ſubtrahebant, & poſt leuem feruorem, vel coctionem, excollabant, & ſedimine facto, ſupremam ac defecatam partem ſecernebant, & illo vteban/tur pro Aquis. De hac Aqua intellexit noſter Auicena, in hac parte. Quantum differat a noſtris, vos animaduertite. Raſis penus Medicus excellẽtiſſimus, Galeni ſimia, decimo octauo lib. ſui continentis, de hijs roſis quæ ventrem emolliunt, ſatis difuſe in mediũ adducit, maxime cum de Amphemerina febre, quã cottidianã vocat, ſcriberet, ibidem quãta ſit intentio medici in

deponendo pituitam in hac febre non parum monuit, de Eſſer medico Arabe dixit. Molifica ventrem in hac ægritudine cum aqua volubilis, & zucharo, aut cũ vntia vna zuchari roſacei. Et parumpoſt ad hoc confirmãdum addidit. Et ſi vis laxare ventrem, ſit cum duabus vntijs zuchari Roſati, & tribus vntijs mannæ. Ipſe etenim de hoc ſaccaro roſaceo ſolutiuo paſſim cõmemorat, qui vltra ſcire appetit, legat ſuũ vaſtum pelagus. Quibus omnibus præfaſti Arabes inſtituerunt, ꝙ Roſæ Perſicæ deponant humores per inferna, & quotidianas, tertianasq; patientibus, ſit ſalutare & domeſticum ſolutiuum. Et pregnantes (quibus exoluentia medicamina ſunt prohibita) poſſũt tã ſalubri medicina euaquari. Quod ſi defecatis oculis hoc negotium mauis iudicare, conſpicue videbis, quam ſalubria medicamenta noſtris temporibus natura germinet. Tempore namq; Apollinis, Aeſculapij, Hyppocratis, aliorumq; antiquorũ, innotæ erant medicinæ, quas benedictas, nuncupamus. Vtebãtur enim Scamonio, Veratro, Colocinthide, Lacti ride, & his ſimilibus, aut quia homines erãt ruboſtiores, aut quia hæ medicinæ mites erant tempore illo incognitæ. De quibus ipſi nõ abſq; cautela, & meditatione vtebantur. Propinabant autẽ has medicinas hominibus iam conclamatis, & in ægritudinibus fortibus, velut Epilepſia, Elephãtiaſi, ac

conſimilibus morbis. Quare Plato ille libro de vniuerſo his verbis nos monuit. Nullo modo ſanæ mentis homini ſuſcipienda illa medicorum purgatio eſt, quæ pharmatijs, ideſt, ſolutiuis me delis fierit ſolet, morbi enim niſi periculoſiſſimi ſint, pharmacijs irritandi non ſunt. Hæc platonis verba intelligi debent, de ſoluentibus medicinis iam dictis, quæ ſuo tempore fuerunt. Quam rem cęteri medici, tam Græci, quam Barbari, cõmen datitiam relinquerũt. Noſtris vero temporibus natura ipſa melior, velut ſaluti noſtrę conſulens infirmitatẽ noſtræ ætatis reſpiciẽs, cõplures adhi buit medicinas, cũ mites, tum ſalubres, quibus ſi ne labore atq; moleſtia expeluntur humores, & corpora ſanãtur. Nnnc vero obtulit nobis roſas perſicas, quæ inter medicinas benedictas benedi ctiſſima merito nuncupari põt. Placuit adhuc de roſis Perſicis ſeu Alexandrinis commemorare, quo facile pernoſcatis, ꝙ nec parui certe momen ti eſt, medicinã ſolutiuã abſq; damno, & pericu lo ægrotanti propinari, ſuauem quidem ad ſuſci piendum, atq; vtilem ad medendũ Hæc cãdide lector ſub breuibus annotaui, quæ tamẽ ſi parua videntur, ſenſu tamen virtute quæ multa ſuboc cultãtur Quę obſecro, amice legens, fideliter cor rigas, eius enim cauſa tibi damus, quod ſi oſten tandi gratia ediddiſſen, oportunam ſanæ ignoran tiæ fatendæ auſam præberem. Vale.

CVM IAM AD CALCEM perductus eſſet libellus, & cartę vacuæ nõnullę remanerent, Tipographus importunis vocibus me impulit, vt opus abſoluerem, ego autem cum meas chartas panuceas euoluerẽ, in primis epiſtola, de re non ſatis explicata, ad manus venit, quam obrem eã operi ad iunximus ne hiatus qui proponebatur venuſtatẽ libello pręrriperet atq; adimeret. Vale.

Nicolaus Monardus Quadra ſuo. S. P.

QVantum exilaratus tuis litteris fuerim non poſſum ſcribere, eſt enim Epiſtola tua tam terſa tam varia, tam deniq; omnigena erudictione ac recõditiore litteratura inſperſa vt a muſis ipſis concinatam eſſe, credere parſit, quã cũ legendi cupiditate auidius reſero, illud poetæ contigit, vt cum cupio ſedare ſitim, ſitis altera creuerit. Quod autẽ ad noſtram amicitiã pertinet tua virtus, tuæ literæ, ac doctrina, nõ tantũ me, ſed exteras gẽtes faciũt tuæ amicitiæ cupidiſſimas Quãtus virtutis tuæ ſit ſplendor, vna eademq; omniũ accipimus voce, quim palam ſenatus huius inclitæ ciuitatis. qui te inter oẽs Hiſpaniæ pro archychyrurgo elegit confeſſus eſt. Nec in merito: cũ omnibus hĳs quæ ad hanc facultatẽ conducunt ſis inbutus, tum quæ ad medicinã ꝑtinẽt, apprime eruditus. Antiquo

autē Hippo. Galeni, & aliorum antiquorū tēpore. Chyrurgia cōiuncta erat medicinæ, poſtea vero quā deducta eſt ab alijs, habere profeſſores ſuos cœpit, in qua præſtantes principesq́ fuerunt, Podalirius, ac Machaon Aeſculapij filij qui ab Homero referuntur, vulneribus tantum ac abceſſibus externis medendis inſignes. In Aegypto quoq́ increuit Philoxeno maxime auctore, qui plurimis voluminibns hanc partem diligentiſſime cōprehendit, & multi alij viri ſingula quedā reppererūt de quibus apud Celſum libro primo ſatis difuſe ſcribitur. Inter quos vir doctiſſime aſcribi potes, cum in te luceant ea quæ Galenus noſter omniū bonarum artium Coripheus nos docuit. Qui operationem manualem artificioſam ad cōmodum finem pertinētē Chyrurgiam eſſe prodidit, quam tu vna cum medicina a primis vngiculis profeſſus es. Oportet enim qui medicæ artis ſcopum attingere debet, a teneris annis ſummo opere inſudet, quod Soranus Epheſius medicorum ſuo tempore ſumus, cum deprobatione medici ſcriberet, ſatis lucide demonſtrat. Nostamen (inquit) principium ſummimus ab eo qui imbui arti medicinæ inchoat, ſit autem ætate illa, ex qua maxime e paruis homines tranſeunt ad magnitudinem, quod eſt in annos vndecim. Hęc enim eſt ætas apta ad ſummendam ſacram Artem medicinæ. Hæc illæ. Sic enim ad faſtigium medicæ facultatis deueniſti, vt in Complutenſi Lyceo Lauream Coronam

doctoratus,non ſine multo labore ac eruditione gl̃iaq; adeptus ſis,ita vt artẽ ipſam more antiquo in vnum redegeris. Cuius cãdoris tuæq; laudis partibus,ne videar,aſſentari,atq; adulari,in præſenti miſſas faciam.

QVæris literis tuis quid de Arantijs ſentiã,& quid de eis ſentiant antiqui,an apud priſcos ſit habita earũ cognitio. Miror tamẽ mi Quadra cũ habeas in hac inclita vrbe doctiſſimos viros, de medicina vniuerſa optime meritos,qui maiore eruditiõe literisq; in hoc negotio poſſint ſatisfacere,ad me vnũ venias,cũ erudictiõe& vſu rerũ ſim multo inferior. Preſertim q; ad Aurãtias attinet,potius diuinator ſim,cũ nõ habeã ducẽ. Sed vt amico & doctiſſimo obſecũdẽ, nõ q; velim, ſed quid ſentiã in hac re paucis aperiam. Citri,limones,cõſimilesq; arbores eiuſdẽ ſunt naturæ, ex quibus inſitionis cauſa in aliũ colorẽ ac figurã abeũt,& quia de Aurãtijs eſt ſermo oportunũ eſt,vt de Citro tãq; de primo earũ parẽte in primis ſit nr̃m inſtitutũ. Arbores q̃ citro nomẽ hñt duę ſũt,vna cupreſſo ſimilis de qua celebres illæ mẽſę quas memoraſti fiebãt. Altera vero quę citrea mala ferebat. Hæc enim humilis eſt,oĩbus nota,omni tẽpore pomi fera,ſemp pręgnãs,fecũdaq;,vt triũ annorũ fructũ habeat,flores emittit iucundiſſimos,pomũ oblongũ, interdũ rotũdum,aliquantulũ rugoſſum,colore aureũ,odore gratũ. Arbor eſt nõ multę ꝓceritatis,folio lauri conſimilis, aculeos habet acutos vehementer ri-

gidos,apud Medos & Perſas imprimis frequẽs, deinde Paladij diligẽtia in Italiã tranſlata fuit, poſtea vero in Hyſpania in vſum deuenit, vt ne mora & campos occuparet. Antiquitus non vecebatur,ſed odoris cauſa in vſu erat, ſed magna hoĩm cura,exacti dulcẽ cibum fieri docuit. Alexia pharmaca etiã, virtute pollet, quãquam Marcelus dubitet,an ſemen aut pomũ ſit,quoniã Dioſcoridis relatiuũ, tã ad ſemen quã ad pomũ refertur,ſed Plinij doctriua monitus ;, tã ſemeni, quã pomo atrĩbuta eſt virtus. Theophraſtus vero totã vim integro pomo aſſignauit,cuius veſtigia Paulus ſecutus eſt. Hoc enim malũ inimicũ eſt venenis,quod Vergilius ſecundo Georgicorum,ſatis pulcher hijs verſibus prodidit.

Media fert triſtes ſuccos,tardumqꝫ ſaporem
Felicis mali,quo non præſentius vllum
Pocula ſi quando ſæuæ infecere nouercæ,
Miſcueruntqꝫ herbas,& non innoxia verba,
Auxilium venit,ac membris agit atra venena.

Quæ oĩa vidẽtur cõuenire cũ Theophraſto, & Plinio,& alijs,Quoniã eſt cõtra oĩa venena prę ſentaneũ remediũ,& cõtra iſtus animaliũ venenatorum vt Ruelius narrat eleganti hiſtoria, in hũc modũ.Quin & (vt Athenęus refert) oĩbus perſpicũ eſt,citrũ malũ adſumptũ veneficij cuiuslibet amuletũ eſſe, qđ a fidẽ faciente ciue didicerat,qui ſcđm leges ab Aegiptiorũ magiſtratibus latas maleficos quoſdã dãnauerat nebulones,quo ſuorum facinorum luerent penas, feris

in prędã exponēdos,quos oportebat oībus be-ſtijs obijci. Verũ anteaquã in theatrũ deſcēderēt in quo fures et p̃dones ſuplicia pēdebãt,ĩ itinere caupona quędã vicē eorũ dolēs,ſortisq; miſerta quę in manibus tenebat edēs dedit citria,q̃ recepta mãducarũt,nec multo poſt in manibus & ferocisſimis beſtijs oblati & ab aſpidibus demorſi,nihil moleſtię ſenſerũt. Tunc pręfectũ dubitatio cœpit,rogãs deniq; militē,cui reddita fuerat cuſtodia,ſi quidpiam ediſſent, aut bibiſſent,vbi certior factus eſt,citriũ ex ĩtegra ſimplicitate donatũ,poſtridie iubet vni pręberi & alteri denegari,qui comederat,de morſus nihil incõmodi paſſus eſt,alter illato ictu confeſtim interijt: Quare multis p̄bata facto frequēter periculo,tãdē inuētũ eſt om̃i exitiali medicamēto p̄ſenti eſſe remedio, Hactenus Ruelius. Sic .n. ad diuerſas regiões p̄pter remedij pręſtãtiã deuenerũt,& cũ nõ vecerētur p̄pter odorē,& medicamēta tãtũ erãt in vſu,quã Plutarchus retulit,& Athenus afirmat. Tũc em̃ inculta arbor erat,& maximã amaritudinem & acetoſitatem citrea habebant, vt non abſq; ratione Solinus Plinij Simia miræ amaritudinis eſſe ſcribat, quod homines magna cura operuerterũt,vt Cõſtãtinus cęſar docuit,nã in ouilo lacte ſemina prius quã ponerent maduerũt, ſic autē ad dulcedinē mutata ſunt. Et nõ amiſſerunt in tantũ ſuã amaritudinē,nã cortices huius pomi intenſam amaritudinē adhuc poſſidēt,qm̃ ſi ſolas deguſtaberis illud Solinij illis ſatis cõue

nire videtur. Non ſolū ad domeſticitatem ſunt redacta, ſed inſetionis cauſa ad diuerſas formas deuenerūt, vt diuerſitatis ratiōe, elegantiores, guſtu, & cōſpectu fuiſſent, tunc vero, vt per inſetionem mortalitati arboris ſuccurrerēt. Arborū ſationē aues primū docuere, deuorato raptim per famen ſemine, & alui madido tepore cū fecundo fimi medicamine in mollibus arborū lecticis ab recto, & vētorū impetu ſæpius in hiunculas corticum rimas trāſlato. Vnde vidimus euata platanus in lauro, laurus in alijsq; arboribus. Quo exēplo antiquiores inſitionem inuenerunt, qua mediante miranda in arboribus & fructibus vndiq; cernitur, quoniā ex vtraq; arbore aliud diſtintum enacitur quod vtriusq; facultatem ac ſimilitudinē poſſidet, nā Perſica arbor in malo cidoneo inſecta, malū cotoneū enaci vidimus, de quo nō meminime legiſſe, nec Priſci meminerūt Sic euenit Citro arbori, nam in malo punico inſecta (vt agricultores docent) in rubrum colorem & diuerſam formam abeunt. Vnde videntur enatæ Aurantię, quoniam aurantiæ malo Citro non ab ſimiles ſunt, & malis punicis, in rotunditate, & colore, corticeue ſatis conuenire videntur. Ex hoc maxime mihi perſuadeo, quoniam eæ frequenter cum malis punicis coniunguntur, tanquam non multum viribus, & potentia ab illis deficiant, quod certæ experientia etiam hodie cognoſcere cuiq; datur, Quum punicorum penuria Aurantiæ in plæriſq; locis

in vſum veniã,ad corroborãdũ videlicet os ſto
machi,ad bilis feruorẽ,ad ſitim, atq; alia quã plu
rima, in quos ſane vſus a medicis Aurãtię ꝓbã
tur, Sic enim ab auro colore eas voco,ſiue Arã-
tiæ ab opido noĩetur,in pertinẽs eſt.Has vocãt
Gręci poma aurea,vnde ego Aurãtias appellaui.
Quantum ſit difficile noĩa rerum deriuare vni-
cuiq; doctiſſimo relinquo.Vnũ habeas pſuaſum
ꝙ per inſetionẽ aduenerunt, veluti alia q̃ plura
fructũ genera,quę inſetiõis ope habemus,ſicut
tot gña prunorũ,malorũ,perſicorũ,aliorũq; fru-
ctum.Quis nõ videat tot gña limonũ:& alia, q̃
nec citro,nec limonibus cõueniũt,quẽadmodũ,
zãboas, torongas, limas, limones, quæ oĩa nec
priſci cognouerũt. Sic magnificatus eſt inſetiõis
vſus,vt Aurantiarũ ſint plura geña,nã aliqua ſic
habet corticẽ dulcẽ,vt tota comedi poſſit, aliæ
autẽ in vno pomo duo geña botrorũ habẽt,aliæ
vero abſq; ſemine ſunt. Quãta diuerſitas ſaporũ
in eis deguſtatur cõi relinquo iudicio.Sat ſit qđ
multa ſunt apđ nos,& fieri poſſunt per inſetionẽ
quæ in monumẽtis antiquorũ nõ memorãtur,ꝙ
nr̃is Aurãtijs euenit,vt Antonius nebriſeñ.(vir
in omni literarũ genere valde eruditus) in ꝓhe-
mio ſui dictionarij,ſic ꝓdidit.Multa ſunt nr̃o ſe
culo,quę antiquitas illa, aut penitus ignorauit,
aut genere tãtum indiſtincte cognito differẽtias
rerũ nõ intellexit,mala citrea vnius tãtũ generis
ac noĩs,atq; ita vix cognita,apud antiquos fuiſſe
legimus,nos vero eius pomi varijs gñibus noĩa

diuerſa ĩ didimus, cidras, narãias, toranias, limas limones, appellãtes, hactenus Nebriſſeñ. Nõ ſolũ arborũ fructus, ſed arbores ipſę in aliũ modũ per inſetionis curioſitatẽ aduenerunt, nam citrus arbor in aurãtio inſecta, ad magnam ꝓceritatẽ ꝓuenit, & aurãtius in citro ad tã humilẽ formã, vt magnitudinẽ vnius cubiti Aurãtius nõ excedat. Et vt vnico verbo hoc negotiũ abſoluã, per inſetionẽ aurãtias ad nos deueniſſe ꝓ certo habemus perſuaſum, has enim antiquiores nõ cognouerũt. Auicena vero cõmẽtario de veribus cordis, & lib. i. de vrinis, & lib. v. de anthidotis de citrãgulis cõmemorat. Q đ Meſues faſtauit quãdo oleũ de pomis citrãguli ſcripſit, an ſint Aurãtiæ nõ dũuocis conſtat. Sed tẽpus eſt vt ad aliã Citrum ſermonẽ vertamus. Menſę vero illæ mi Quadra a veteribus cõficiebãtur, decãtatæ, quę ex citro antiquitus, ob arboris proceritatem, ex aurantio poſſint fieri tuis litteris afirmas, qua ratione a veteribus aurãtias eſſe cognitas deducis, cum ex citro nr̃a fieri nõ poſſint, quoniã infima arbor eſt, nõ apta ad tale opus. Non miror ꝙ in eadẽ dificultatẽ incidas ad ꝗ quãplures antiquiores deuenerunt. Mẽſas illas tã pretioſas pręſertim ciceronianas nõ fuiſſe ex hac citro pluribus conicimus argumẽtis, quoniã citrus hæc alia eſt oĩno ab ea, quę citrea mala ꝓducit, eſt nãꝗ illa cupreſſo ſimilis, multũ. n. difert citrus nr̃a a cupreſſo, citrus folia lauri habet, cupreſſus vero Iuniperi, ſabinęꝗ, In cultu nõ parũ diſſentiũt, quo

niã citrus illa, mõtes, & loca frigida amat, Aurã
tius vero frigora ſupra modum odit, calidisq́;
locis familiaris, omitto alia quã plurima in qui-
bus differt citrus noſtra mala citrea ferẽs, a citro
arbore ex qua menſæ illæ fiebant, quæ tanto in
pretio habitæ fuere apud antiquos, vt Iuba Rex
duas menſas emeret quarum alteri pretium fuit
quindecim librarum, alteri paulominus. Dion
(vt Hermolaus refert) in Neronis vita, non ci-
treas, ſed Cedrinas menſas nũcupare maluit, Ce
dro potius quam citro ſimiles viderentur arbo-
res. Quibus inditijs manifeſtiſſimum eſt alte-
ram eſſe arborem citrum ex qua menſas illas tan
to prætio fabricabant, alterã vero eſſe mala Ci-
trea producens. Aurantius vero licet ingens ar-
bor ſit per inſetionem adueniſſe pro certo habe-
mus. Multa enim monſtrua contigunt in natura
vt Ariſtote. Libro ſecundo de generatione ani-
malium retulit. Animalibus videlicet & Arbori
bus, animalibus propter diuerſorum eorum cõ-
mixtionem. Quod quidem in Libya iuxta Nillũ
fluuium plurimæ ferarum ſpecies bibẽdi gratia
cõuenire cogantur, inibiq́; varia mixtura, varias
monſtruorum formas, ſubinde quæ nouas naſci.
Vnde venit adagiũ. Semper Africa noui aliquid
apportat, Arboribus vero accidunt mõſtrua per
inſetione m. nam talea alicuius arboris, in alia
arbore, certo modo, affixa, producitur tertium
ꝙ mõſtrum dici poteſt. Sic euenit aurantio, quo-
niã per cõmixtionẽ diuerſarum arborum (quod

per inſetionis opus fit Aurãtius ad nos deuenit? Quod de Theophraſto dubitatur, ſi Aurãtias cognouerit Ipſe enim lib iiij. de hiſtoria plãtarum ſub nomine mali Perſicæ & medicæ, arborẽ deſcribit quæ cũ citro nõ paruã ſimilitudinẽ habet, & in om̃ibus quibus Græci & Arabes de citro & citrea deliniarunt nihil difert, certũ quidẽ eſt arborẽ citrea ferentem inibi Theophraſt. intellexiſſe, & nõ Aurantiũ, quoniã de eius proceritate non meminit, quæ his magna, illis ita deſt, vt arbuſta potius iudicari poſſint. Nec figurã pomo dedit, quoniã Aurantię rotunda, citri vero oblonga videtur. Ianus Cornarius in cõmentariis Galeni de cõpoẽ medicamẽtorũ localiũ, Aurantias ſub malis Ceſtianis, Galenũ intellexiſſe, indubitanter affirmat, ꝙ nec rationi, nec iuditio conſentaneum eſt. Quoniã vt ego exiſtimo Ceſtianum, itemq; Matianũ malũ idẽ eſſe oportet, ſub pomis comprehẽſis, & Ceſtiana mala a Ceſtio, ſicut Matiana a Matio apellari poſſint, vnde nos Hiſpanica lingua Mãcana a Matio nũcupamus. Sed tempus eſt, vt frenum calamo imponamus, ne epiſtolæ limites peruertamus. Hæc ſunt Quadra doctiſſime quę de Malo citro, atq; Aurãtijs, in preſentiarum occurrunt, qui pro oraculis non prodo. Et ſi non probaberis, culpam, in te rejtiam, qui arbitrum me inter tam celebratos viros eſſe voluiſſe. Vale.

LAVS DEO.

Thomas Aluarez. D. in laudem Monardi.

Tu ſolus ſacras extollis Apollinis artes,
  Virtute, ſtudijs, moribus, ingenio.
Tu ſolus tum (quo melius medicare) Galenum
  Quæris, veſtigas, inuenis, & ſequeris.
Tu ſolus medicas artes ſermone decenti.
  Exornas, condis, Comis, & amplificas.
Tu ſolus medicos libros vel triplice lingua
  Explanas, mutas, exprimis, & renouas,
Ergo te merito dixerunt fata Monardem
  Nempe quod excellas ſæcula noſtra Monos.
Eſt monadis nomẽ, Monadis quoq; mũeta p̄ſtas
  Et referunt Menadem nomen, opusq; tuum.



Incompleto

R. Completo

No

R. Palau nº-175484
T-X-Pg 5

Nicolas Antonio dice
que se imprimio en 1565
y Morejon en 1568

Es rarisimo y edicion
unica suelta de este trata
do

DE
RO-
SA